

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

Ad popvlvm et eqvites rom. [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)

AD POPVLVM  
ET EQVITES ROM. AN-  
TEQVAM IRET IN EXI.

LIVM.

INEPTA ORATIO NE-  
scio cuius: quam, mirum est, tan-  
diu creditam esse Ciceronis.



I quando inimicorum impetum pro-  
pulsare ac propellere cupistis, defendi-  
te nunc vniuersi vnus, qui, ne om-  
nes concideretis, ardore q̄. flamma cō-  
flagraretis, mei capitis periculo non  
dubitavi prouidere. nam quem virtutis gloria cum  
summa laude ad cœlum extulit, eundem inimico-  
rum inuidia indignissime oppressum deprimat ad  
supplicium. si liberum conceptam dulcedinem animo  
inclusam continetis, nolite eo velle carere. quam ca-  
rissimam vestram procreationem sibi esse duxit. \* 2  
est enim liberale officium, serere beneficium, vt me-  
tere possis fructum. fidei conducit, in loco debitum  
retribuere: illic enim animi voluntas propensa com-  
probatur. hic memoria collaudatur. itaq. si omnib.  
graue seruitutis iugū esse debet in libertate educa-  
tū, sit is vestri animus acceptissimus, qui à vestro  
corpo-

ORATIO

corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis. \* &  
 3 si maiores vestri eos imperatores, qui militū virtute  
 hostium fregerunt furorē, iucundissimo fructu a li-  
 bertatis re. onculato, non solum statim dignos puta-  
 runt, sed etiam aeterna triumphī laude decorarunt:  
 tum vos enim consulem, qui non militum praenti  
 fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilem  
 civium mentem senatus auctoritate vindicavit, ex-  
 4 istimate vobis retinendum in civitate esse. \* si qua  
 beneficia singulis civibus. prout acimq, dantur, ea solent  
 h: esse fructuosa, à quib. sūt profecta: iure & meri-  
 to possum ego vos ad defensionem mea salutis adhor-  
 tari, quos conservavi uniuersos. nam neq, maius est  
 defendere unum, quam populum: neq, verius à sin-  
 gulis, quam ab omnibus repetere officij primum &  
 fructum propterea, quod in vnus periculo saepe con-  
 tentio parua est, vt leuis sit labor defensori sustinen-  
 dus. in resp. insidijs, quod firmitus est quod oppugna-  
 tur, eod. paratiores sūt inimici: vt h: sine mag. a solici-  
 tudine, industria, virtute non queat resisti. \* &  
 5 singulorū opes saepe sunt tenues & infirma ad grati-  
 am referendam, vt opitulari bene merentibus non  
 queant. si maxime capiant: uniuersorum auxilium  
 eod. plurimum prodest, quod firmitoribus opibus est ni-  
 xum. iure igitur, quoniam & maior impensa in pa-  
 triam officij facta est, quam in priuata sit defensione:  
 & plus à vobis praesidij, quam à ceteris opis ad salu-  
 tem potest afferr: vos obtestor, quos mihi & debere,  
 6 & posse intelligo opitulari. \* non conuenit enim, cum  
 ego ad promerendū officij. rā fuerim expeditus, vos

ad

INTEQVA

disponam  
 patrem, et  
 sicut de  
 sferam ex  
 mator M. Tullius  
 quod deliquit  
 quod improbe  
 tatis rem est  
 pognarit, sed  
 non refrenat  
 nocens, sed  
 non odio bono  
 intelligunt homi-  
 ni, non uic  
 sit uoluntas, for-  
 capere, vt  
 cūditati. non  
 incidere, qui  
 tentorem bono  
 quosimo am  
 quere virtutē  
 bono dicit  
 libere, capere  
 animam. edo  
 na, de dignitate  
 rā. \* Licet man-  
 bis, desinere om-  
 gniam talis. licet  
 quam ex parit  
 rā a manu. s

ANTEQVAM IRET IN EXIL:

ad referendam gratiam esse tardiores: ne cuius am-  
 plitudinem, ac gloriam laude, atq; honoribus am-  
 plicare debeatis, eiu incolunitatem & salutem  
 deserendam existimetis. etenim errat, si quis arbi-  
 tratur M. Tullium iccirco in capitis periculi voca-  
 ri, quod deliquerit aliquid, quod patriam laeserit,  
 quod improbe vixerit. non citatur reus audacia vir-  
 tutis reus citatur. non accusatur, quod remp. vi op-  
 pugnarit, sed quod homo nouus perniciosum nobili-  
 um restinxerit suorem. non obest mihi turpis, &  
 nocens, sed honestissimè laudatissimeq; acta vita;  
 non odio honorum, sed inuidia premor malorum.\* 7  
 intelligunt homines, tot, & tam praclaris testimo-  
 nijs, monumentisq; virtutis comparatis, M. Tullio dñ  
 sit incolomis, fore voluptati: iccirco vitam eripere  
 cupiunt, vt cum spiritu sensum quoq; adimant in-  
 cūditatis. nonne igitur indignū est, eos premijs meis  
 inuidere, qui virtute certare noluerunt? eos in con-  
 tentionem honoris venire, qui officijs se superari a-  
 quisimo animo tulerunt? si dulcis est gloria, conse-  
 quere virtute. noli abicere labores, petere honorē.  
 honorē dico? immo vera famā, fortunas, familiam,  
 liberos, caput, corpus ipsum, denique sanguinem, &  
 animam. cedo inuita de rep. cedo oppressa de fortu-  
 na, de dignitate: diū cedo à rep. victus audacia malo-  
 rū.\* Liceat manere si non illū M. Tullū custodē v- 8  
 bis, defensorē omnium, patrom patria, at certē reli-  
 quias Tullij: liceat in conspectu ciuium, in hac vrbe,  
 quam ex parricidarum faucibus eripuit, remanere:  
 tecta omnium, sana deorū, vniuersam videre peri-  
 culo

ORATIO

euol liberatam suo ciuitatem: liceat ex hac flamma  
 euolare, praesertim qui illud impium incendium  
 perditorum hominum lacrymis potius meis, quam  
 sanguine vestro restingui malui: neq; enim peto, vt  
 mihi detis vitam: sed datam repeto, vt reddam. si  
 meministis quod dedi, vos non debetis obliuisci, sed  
 9 retribuere quod debetis. \* vos, vos obtestor, dij im-  
 mortales, qui mea menti lumina praelulisti, cum co-  
 sensum extinxi coniurationis, arcemq; vrbs ab in-  
 cendio ac flamma liberaui: liber osq; vestros e gre-  
 mio & complexu matrum ad caedem, & cruorem  
 non sum passus abstrahi. num igitur potest fieri, a  
 clientibus vt recipiar, cum a quibus debeam retine-  
 ri, rejicere instituam? socij quod fugiant, cum aditus  
 custodi patriae praclusus sit? quomodo spes salutis re-  
 liquis residebit, cum ciuibus praclusa sit expectatio  
 incolunitatis? pax & concordia exire aneis gignetur,  
 cum iam domesticis non insideat, sed publice prou-  
 10 denti eripiat? \* nam quid ego improborum facta  
 venouemoratione, vt redintegratione illius coniura-  
 tionis animos vulnerem vestros? auxiliu ab alienis  
 efflagitabo, cum ciues vestros deseratis? sociorum in-  
 uocem subsidium, cum a ciuibus interclusum sit  
 praesidium? quam colere gentem nunc instituam? v-  
 trum, vt custos accipiar, an vt proditor excludar? si  
 vt conseruator, vestra erit ignominia: si vt oppugna-  
 tor, praecisa erunt omnia: itaq; quod purau fore  
 11 gaudium, id exitit exitum. \* si, Quirites, eundem  
 in ceterorum periculis haberemus animu, quem in  
 nostris difficultatibus, & pro innocentissimo quoq;  
 pro-

ANTEQUAM

proponere. & non  
 indignissimum e  
 magis rebus adu  
 amorem huiusmodi  
 imma committit a f  
 ubi obsequiu vte m  
 ret; partim nobili  
 nali traditne amio  
 naremus aduersa  
 repelli posse. Subito  
 nostro euentu alta  
 nobis accideret neq;  
 im est, Quirites  
 for um vim atq;  
 frum ipsium peric  
 qui non sibi ac f  
 tutum arbitri ab  
 at ea nos ipsa huc te  
 amiserunt: eperuer  
 eorum potestate ne  
 inimicorum? et v  
 luitate postquam ip  
 am faciat, promiss  
 nuci, qui his prom  
 ditibus suis graui  
 seta atque intoler  
 centissime, & in  
 in f amilia versant  
 ceptionis propone  
 tur: ante non ob

ANTEQVAM IRET IN EXIL.

propugnare, & nocentissimum quenz oppugnare;  
nobis vtilissimum esse arbitramur: & si cumo pri-  
mi cuiusq; rebus aduersis nostram salutem, cum de-  
terrimum hominum secundu nostra pericula pu-  
taremus coniuncta: frequentes profecto talibus concu-  
tibus obuiam ire niteremur: neq; partim innocentia  
freti, partim nobilitate mixti, partim potentia ac  
multitudine amicorum fulti, cum per facile existi-  
maremus aduersariorum vim, ac factionem à vobis  
repelli posse, subito ipsi simili periculo circumuerti, in  
nostro euentu aliarum reminiscetes casus, iure id  
nobis acciderè nequicquam quereremur. \* quis e-  
nim est, Quirites, qui, nunc cum inimicorum no-  
strorum vim atque violentiam perspiciat, quiq; no-  
strum ipsum periculosissimum casum recognoscit,  
qui non sibi ac suis dissidat fortunè? quo enim se sa-  
lutarium arbitrabitur presidio? virtutis & gloria?  
at ea nos ipsa hoc tempore oppugnant. multitudine  
amicorum? aperuerunt non fortes esse se amicos, si in  
eorum potestate nostra sita salus non est. paucitate  
inimicorum? at id non in ipsius, sed in aliorum vo-  
luntate positum est. nam non satis est, ne cui iniuri-  
am facias, prouidere, si tamen sunt voluntarij ini-  
mici, qui tuis premijs te oppugnent. \* atq; cum hac  
omnibus sint graua, atq; acerba, tum verd vobis mi-  
sera atque intoleranda, quoru & officia in remp. re-  
centissima, & incommoda ob remp. frequentissima  
in familia versantur, nunc si eadem conditio dis-  
ceptationis proponeretur, a qui auditores adhibebun-  
tur: aures non obrusa criminatione, sed vacua

E e pra-

ORATIO

præbentur: qui sunt assecuti summum gradū honoris, non despoliabitur honore: qui sperant, facilius & proclivius ad laudem nobilitatis perveniunt, quam obrem nolo me duce supplicij vos ad fraudem deduci, ut ego ad pristinum statum recidam casus. nunc igitur si linguā est concertandum, innocentia virtute freius supero: si facta cōpensanda sunt, cōferamus aequitatem: si violentia impetu opprimimur, cedam pro omnibus vnus tribunitio furoris, quoniam laborem pro cunctis ferre consuevit. \* si igitur aliquo tempore ijs hominibus consulistis, quorum animus est religionis pietate defurctus, debetū mihi quoque prospicere, qui hoc imperij domicilium numini deorum consecratum sartum tectum ab omni piaculo conseruavi, & vos ut tutam tranquillamque fortunā traheretis, mea perfecit vigilantia. nam me quem pauld antē fortuna crexerat ad gloriā, virtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem, eundem tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem, & quoniam animaduertistis illam conpirationem constat am, ita esse restitūtā, ut nulla scintilla compareat incendiū, vos quoque tribunitiā sedate temeritatem, qui nūc se mihi inimicū ostendit, se prius esse vestrū professus est inimicum. ne rei crudelitas experta in me, in vos cōualescat, & calamitas remorata longius serpat, atque progrediatur, præcauete. \* nūc vel solus delectus ad calamitatem, vel primus vocatus ad tale periculum, omnium ammos iure debeo commouere. omnia sunt immutata. manus ad demonstrandam religiantur iniuriā. lin-  
gū

ANTEQUAM

quoniam ad deum  
mandatum ad  
nunc genero ob  
nohstant, vici  
quod ego plura de  
si in vos si elerit  
aprobata me ac  
si de ijs nō sit neces  
felere ne amici q  
Vos ego apello, qui  
quod vos loquer  
per innocentia &  
tate bene merita  
expellitur consil  
quondam munit  
noscitur, nisi par  
circumventus eger  
retu in periculo ca  
liberati enim que  
que tunc orum off  
am. mibo reddite  
maturo, multo rui  
initio non erit ve  
nitie conuallesce  
tem pite gram  
frin hoc uerum  
nemo tam perdit  
suetus est vna q  
me sententia prim  
placio adducetur

ANTEQVAM IRET IN EXIL.

gna inciditur ad deplorandam calamitatem: ani-  
 mus praeluditur ad exponendam rei dignitatem. hu-  
 militatem generis obijciunt nobis: qui nouam rati-  
 onem suscitant, veteres maiorum obtulerunt laudes.  
 sed quid ego plura de illorum, aut in me maledictis,  
 aut in vos sceleratè loquar factis? quorum cognita  
 improbitas me tacente coarguitur turpitudine vita:  
 ut de ijs nõ sit necesse inimicos predicare, de quorum  
 scelere ne amici quidem, aut ipsi possunt negare. \* 16  
 vos ego apello, quorum de me maxima est potestas:  
 apud vos loquor de mea calamitate, quos habui se-  
 per innocentis & virtutis mea testes. Igitur ex ciui-  
 tate benè meritis de rep. ciuis exturbatur? innocens  
 expellitur consularis homo? non facultatibus vsus  
 quondam minimis, amicorum multorum presidio  
 munitus, nunc partim ab inuidis, partim ab inimicis  
 circumuentus eger indigne? huic si opem non tuler-  
 retis in periculo capitis, vos, credo, retinebitis vestrã  
 libertatem? qui neque tanta valeris auctoritate, ne-  
 que tantorum officiorum impensam egisti in patri-  
 am, mihi credite: hoc in vno incommodum confir-  
 mation, multorum infirmabit incolumitatem: & si  
 initio non erit refutatum, impunè ad omnium per-  
 niciè conualescet. proinde aut in meo periculo salu-  
 tem integram praestate communem, aut in ve-  
 stris hoc idem incommodum expectate fortunis. \* 17  
 nemo tam perdita auctoritate, tam facinorosa in-  
 uentus est vira, qui cum de scelere fateretur, nõ ta-  
 mē sententijs prius iudicium conuinceretur, quã sus-  
 plicio addiceretur. ego repete vi tribunita correptus,

ORATIO

non modò loquendi liberè in iudicio, sed ne confi-  
 stendi quidem in ciuitate habeo potestatem. eycior  
 non solū sine teste, sine iudice, sine crimine, sed sine  
 etiā scelere, sine accusatore. \* hostibus in bello qui  
 18 disidēr voluntate, dimicāt armis, vitā quotidie op-  
 pugnant, in ipsa acie cūm praliantur, licet loqui, li-  
 cet disputare, mihi in pace ciui, qui perditorum ho-  
 minum fregi furorē, pro fortunis meis apud vos lo-  
 qui non licebit? serui, qui ad supplicium casti verberis  
 trahuntur, apud eos sepē disputant, quos necare  
 voluerunt: ego consularis apud vos non loquar, quos  
 conseruauit? tacebo, si necesse est: tacebo, inquit, ani-  
 mo aequo, quoniā virtus mea me tacentē agit caus-  
 19 sam meam. \* itaque vt ego in concione mea nihil  
 ponam de rebus meis gestis, tamē in animis ac me-  
 moria vestra largiter relinquam. isti modò videntur,  
 quā ratione hanc inultam meā fugam ferre possint,  
 etenim si à me, vt isti existimant, Lentuli mortui  
 sordes, si Catilina notissimus furor, si amētia Cethe-  
 gi, si luxuries ac stupra Casij pœnas repetunt, profe-  
 ctò istis hora nulla, eiecto Tullio, vacua periculo, aut  
 periculi expectatione relinquētur. itaq, illi in dies nō  
 meis insidijs, quæ nulla à me parantur: sed suorum  
 scelerum consciētia cruciati, mihi absentis & popu-  
 20 lo Rom. pœnas dabunt, \* quas ob res ego inimicorum  
 amentia, cupiditatig, paucorum, omnium salutis  
 causa decedam, neq, eò deducā, aut progredi pati-  
 ar, vt opera mea manus inter vos conseratis, cadeſq,  
 ciuiū inter se fiat: multoq, potius ipse patria, liberis-  
 que meis carebo, quàm propter vnū me, vos de for-  
 tunis

ANTEQVA

tuorum resp  
 ius in animo  
 pœnem esse natu  
 iur, quod non i  
 nec sēuā subtra  
 tari, dicere, ex p  
 dilere nō licere:  
 que tamen omnia  
 mihi sunt sūlen  
 sunt intraducta  
 cretum, in du r  
 rolet furor libe  
 sum, eycere vol  
 dire: causam ne  
 gant: nihil duri  
 intabitor: nō e  
 bon volū me cand  
 est, quæ ob temp  
 virtute suscipi  
 na habeant in se  
 ut, non adimen  
 abont corpus,  
 viciū, ero, hoc  
 meq, vobis erip  
 mabo. \* illud ab  
 ciuitate manere  
 lam creant, nen  
 omnium auxilio  
 in hac ciuitate su  
 vestram idem re

ANTEQVAM IRET IN EXIL.

& unū vestris, reipq̄, publicā dimicetis : sic enim ab  
 initio fui animatus, vt non magis me mea causa  
 putarem esse natum, quā reip. procreatū. \* sed illud <sup>21</sup>  
 queror, quod non iam ad vnius perniciem, sed ad v-  
 niuersorū instruitur calamitatē: conqueri, cōmiserari,  
 dicere, expurgare. suspensionem dimouere, crimē  
 diluere nō licere: ore oppresso ceruices esse pratēdas.  
 quae tamē omnia iā non sunt tam calamitosa, quōd  
 mihi sunt subeunda: quā perniciosā, quōd in rēp.  
 sunt introducta. quamobrem statutum est, atq̄, de-  
 cretum, in his tēporibus ciuitatis omnia perpeti, quae  
 volet furor libidinosus. \* vim volunt asferre: praesid- <sup>22</sup>  
 sum. eycere volunt: exeo indicta causa. nolunt au-  
 dire: causam non dico, aliud quippiam conantur: a-  
 gant: nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod remp.  
 tutabitur: non enim illis victus cedo, sed incolumi-  
 bus vobis me condono: neque enim mors. miserranda  
 est, quae ob remp. capitur: neq̄, exilium turpe, quod  
 virtute suscipitur: cum praesertim nonnullam hō poe-  
 na habeant in se consolationē: nam vitam si eripi-  
 unt, non adiment gloriam immortalē: si exilio mul-  
 tabunt. corpus, non animum à rep. remouebunt: nā  
 vbicūq̄, ero, hoc cogitabo, hac semper cura mea erit:  
 meq̄, vobis ereptum, non à vobis repudiatum existi-  
 mabo. \* illud ab vniuersis postulo, petoq̄, si dum in <sup>23</sup>  
 ciuitate manere licitum est, nemini iniuste pericu-  
 lum creauī, nemini innocenti fui calamitati, si  
 omnibus auxilio praesidioq̄, esse consueui, plurimosq̄  
 in hac ciuitate sum tutatus, vti vos liberos meos in  
 vestram fidem recipiatis, eosq̄, defendatis, neue

ORATIO

inimicos meos in familiam nostram longius progre-  
 di patiamini: utique siue hinc abiero, siue ero hic op-  
 pressus, ea maneat opinio & existimatio, qua virtu-  
 24 te parata, non qua in felicitate illata est. \* Nunc  
 ego te Iupiter optime maxime, cuius nutu ac ditio-  
 ne sola terrarum gubernantur, teq; parriceps con-  
 nubij, sociâ regni, Regina Iuno, teq; Tritonia armi-  
 potens Gorgona, Pallas, Minerva, ceteriq; di, deq;  
 immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem  
 Capitolij in saxo incolitis constitutam, vt non so-  
 lum cunctam intueri, sed etiam tueri positus ciuita-  
 tem: à quorum ego quondam altaribus impiam ma-  
 num ciuium remouit: à quorum templis meo pericu-  
 lo funestam facem repuli, ne illustrissimū orbis ter-  
 rarum monumentum cum principe omnium terra-  
 rum occideret ciuitate. teq; Iupiter Stator, quē verē  
 huius imperij Statorem maiores nostri nominave-  
 runt, cuius in templo hostilem impetum Carilina  
 repuli à muro, cuius templum à Romulo victis Sabinis  
 in palatij radice cum victoria est collocatum: oro  
 atq; obsecro. ferre opem pariter resp. cūctiq; ciuitati,  
 meiq; fortunis, resistite tribunitio furori, fauete  
 innocentia, subuenite solitudini, miseremini sen-  
 ctibus, nolite eum supplicē à vobis absterre & ex-  
 25 cludere, qui in suo magistratu funestam facem à  
 vestris repulit templis. \* si C. Mario auxilio fuis-  
 sit, quod in cliuo Capitolino improbarum ciuium ca-  
 dem fecerat: si P. Scipioni, quod Annibali furi-  
 bundam mentem à vestris repulit templis: si deni-  
 que Cn. Pompeio, quod terra mariq; hostes reddi-  
 didit.

ANTEQVA

in p...  
 fr...  
 as...  
 ni...  
 pu...  
 m...  
 la...  
 f...  
 r...  
 r...  
 e...  
 n...  
 s...  
 d...  
 s...  
 e...  
 b...  
 l...  
 n...  
 n...  
 q...  
 t...  
 n...  
 q...  
 a...  
 n...  
 q...  
 a...

ANTEQVAM IRET IN EXIL.

dit peccatos: sic nunc in meis calamitatibus aliquam  
 ferre opem diuinam : vt sapè multorum in peri-  
 culis fecistis, si nunc in meis miserijs diuinum ali-  
 quod auxilium & numen ostendite. \* deinde vos, 26  
 quorum potestas proximè ad deorum immortalium  
 numen accedit, oro atque obsecro, quibus sigil-  
 latim sapè supplex ad pedes iacui: vt eum, quem  
 singuli stratum atque abiectum subleuastis, nunc  
 vniuersi conseruatum velitis: si neminem vnquam  
 vestrum lasi: si nemini innocenti obsui: si etiam è  
 contrario, vt quisque auxilium meum desiderauit,  
 ep: m ferre non dubitauit, si denique, quacumq; ad-  
 ministravi, ex vestra auctoritate & patrum con-  
 scriptorum voluntate feci, si malui inimicorũ cupi-  
 ditati, quam reip. & legitima auctoritati pœnas  
 sufferre: vt existimetis, ex illo crudelissimo inimi-  
 corum impetu ereptum, in antiquum statum digni-  
 tatis restitui conuenire. \* sed quoniam neq; mihi li- 27  
 berè loquendi, neq; vobis clementer audiendi, neque  
 omnino iudicandi paucorum furore & audacia fa-  
 cta est potestas, sed oppressa est resp. armis, metu de-  
 bilitata seruili, vri liberum spiritum ducendi nul-  
 lam habeat potestatem: cedam inermis armatis, in-  
 nocens nocentibus, priuatus furibundo magistratu,  
 neq; enim Q. Metellus quicquam virtute sua detra-  
 xit, quod cessit L. Saturnino furenti: neque C. Cor-  
 ta, quod Q. Varroni tribuno pl. inferiore ge-  
 nere orto cedendum putauit: neque C. Marius, qui  
 quantas res gesserit, vestra vobis libertas iudicio

ORATIO

esse poterit: neque verò M. Tullius suum animum  
 vestra abalienavit potestate, cum præcipuum vo-  
 bis obsidem sui animi, vestram reliquerit liberta-  
 28 tem. \* quamobrem testor deos deaque omnes im-  
 mortales, vestrasq; maxime mentes, me non vita  
 turpitudine, non pro magnitudine scelerum, non  
 propter reliqua atatis infamiam, poenas iurè & le-  
 ge persolvere: sed propter virtutis invidiam, propter  
 incunctissimam ingenij laudem, propter magni-  
 tudinem rerum gestarum crudelissimè civitate  
 privari. quòd si idem accidit Q. Cæpioni, si Mau-  
 cino, si Rutilio, mihi quoque hoc accidisse non ma-  
 gnopere erit mirandum, cum præsertim non gene-  
 ris antiquitate, sed virtutis ornamentu summam  
 29 laudem sim consecutus. \* nunc ego vos equites R. ob-  
 testor. quorum virtute nomen Romanum victoriam  
 cum laude possidet coniunctam, quorum factis glo-  
 riantur ciues, latantur socij, gemunt hostes: ut, si  
 erga vos omni tempore optimè fui animatus; si mea  
 pericula neglexi, dum timorem à patria propulsa-  
 rem: si aquè liberis vestris prospexi, ac vos parenti-  
 bus consustis: ut nunc me velitu vestris opibus de-  
 fensum incolumem in hac civitate retinere, qua cum  
 à scelerata coniuratione esset incensa, meo ductu  
 ac labore restincta est: nec patiamini me à liberis  
 meis abstractum, à coniuge abreptum, ab aris focuq;  
 innocentem proiectum, vitam degere in exilio, mi-  
 30 ferrimi mortalis casum subire. \* proicitur Tullius  
 in exilium. itaque nimirum innocens ab inimico,  
 reli-

ANTEQUA

regio à scelerat  
 ipse miserat  
 lene, quædam f  
 non hanc civitat  
 unegone hosti  
 in conditionem h  
 de dignissimi du  
 scelerati & par  
 nistrantur. sim  
 storia, si modè  
 ratu inest laud  
 tis cruore, tan  
 rog, vt, quem  
 stis, eundem  
 conseruatis.

AD  
 POS  
 OR



rationes ymag

ANTEQVAM IRET IN EXILIVM

religiosus à scelerato, beneuolus huic ciuitati ab hoste. ô misera vita ratio, qua tandiu resides in voluptate, quandiu fortuna poscit libido. egône inimicus huic ciuitati: quamobrem? quia inimicos necauit, egône hostis? quid ita? quia hostes interfecit, en conditionem huius temporis: antè gloria & laude dignissimi ducebantur, qui hæc perfecerunt: nunc scelerati & parricida esse dicuntur, qui hæc administrarunt. sint sanè scelerati: speret istorum victoria, si modo victoria appellanda est, in qua ciuitatis inest luctus: habeant hanc palmam ex innocētis cruore. tantum à vobis illud, equites R. peto & rogo, vt, quem sæpenumero vestra laude cohonestastis, eundem in dubijs vite periculis vestra virtute conseruetis.



AD QVIRITES  
POST REDITVM.  
ORATIO XXVII.



QVOD precatus à Ioue Opt. M. ceterisque dijs immortalibus sum, Quirites, eo tempore, cum me, fortunamque meas pro vestra incolumitate, ocio, concordiaque deuoui, vt, si meas rationes vnquam vestra saluti anteposuissem, semper